Incipit prologus sancti ieronimi in marcum euangelistam.

Marcus euangelista dei electus et petri in baptismate filius atque in diuino sermone discipulus. sacerdotium in israhel agens secundum carnem leuita. conuersus ad fidem christi euangelium in ytalia conscripsit. ostendens in eo quid et generi suo deberet et christo. Nam initium principii in uoce prophetice exclamationis. instituens ordinem leuitice lectionis ostendit. ut predicans predestinatum iohannem filium zacharie in uoce angeli annuntiantis emissum. non solum uerbum carnem factum. sed corpus domini in omne per uerbum diuine uocis animatum initio euangelice predicationis ostenderet. ut qui hec legens sciret cui initium carnis in domino et dei aduenientis habitaculum caro deberet agnoscere. atque in se uerbum uocis quod in consonantibus perdiderat inueniret. Denique et perfecti euangelii opus intrans. et a baptismo domini predicare deum inchoans. non laborauit natiuitatem carnis. quam in prioribus uiderat dicere. Sed totum in expulsione deserti. ieiunium numeri. temptationem diaboli. congregationem bestiarum et ministerium protulit angelorum. ut instituens nos ad intelligendum singula in breui compingens. nec auctoritatem facte rei demeret. et perficiendi operis plenitudinem non negaret. Denique amputasse sibi post fidem pollicem dicitur. ut sacerdotio reprobus haberetur. Sed tantum consentiens fidei predestinata potuit electio. ut nec sic in opere uerbi perderet. quod prius meruerat in genere. Nam alexandrie episcopus fuit. cuius per singula opus scire et euangelii in se dicta disponere et disciplinam in se legis agnoscere et diuinam in carne domini intelligere naturam. que in nobis primum requiri oportet. Deinde etiam quo uolumus agnosci. habentes mercedem exhortationis. quoniam qui plantat et qui rigat unum sunt: qui autem incrementum prestat deus est.

Incipit marcus euangelista.



Initium euangelii ihesu christi filii dei sicut scriptum est in ysaia propheta. Ecce ego mitto angelum meum ante faciem tuam qui preparabit uiam tuam ante te. Vox clamantis in deserto. parate uiam domini. rectas facite semitas eius. Fuit iohannes in deserto baptizans et predicans baptismum penitentie in remissionem peccatorum. Et egrediebatur ad illum omnis iudee regio et ierosolimite uniuersi. et baptizabantur ab illo in iordane flumine confitentes peccata sua. Et erat iohannes uestitus pilis cameli et zona pellicea circa lumbos eius. et locustas et mel siluestre edebat. et predicabat dicens. Venit fortior me post me. cuius non sum dignus procumbens soluere corrigiam calciamentorum eius. Ego baptizaui uos in aqua. ille uero baptizabit uos in spiritu sancto. Et factum est in diebus illis. uenit ihesus a nazareth galylee. et baptizatus est in iordane ab iohanne. Et statim ascendens de aqua uidit apertos celos. et spiritum tanquam columbam descendentem et manentem in ipso. Et uox facta est de celis. Tu es filius meus dilectus in te complacui. Et statim spiritus expulit eum in desertum. Et erat in deserto xl. diebus et xl. noctibus. et temptabatur a sathana. eratque cum bestiis. et angeli ministrabant illi. Postquam autem traditus est iohannes. uenit ihesus in galyleam. predicans euangelium regni dei et dicens. Quoniam impletum est tempus et appropinquabit regnum dei. penitemini et credite euangelio. Et preteriens secus mare galylee. uidit symonem et andream fratrem eius. mittentes retia in mare. Erant enim piscatores. Et dixit eis ihesus. Venite post me. et faciam uos fieri piscatores hominum. Et protinus relictis retibus secuti sunt eum. Et progressus inde pusillum uidit iacobum zebedei et iohannem fratrem eius. et ipsos in naui componentes retia. Et statim uocauit illos. Et relicto patre suo zebedeo in naui cum mercennariis secuti sunt eum. Et ingrediuntur capharnaum. Et statim sabbatis ingressus in synagogam docebat eos. Et stupebant super doctrina eius. Erat enim docens eos quasi potestatem habens et non sicut scribe. Et erat in synagoga eorum homo in spiritu inmundo. et exclamauit dicens. Quid nobis et tibi ihesu nazarene? Venisti perdere nos? Scio qui sis sanctus dei. Et comminatus est ei ihesus dicens. Obmutesce et exi de homine. Et discerpens eum spiritus inmundus. et exclamans uoce magna exiuit ab eo. Et mirati sunt omnes. ita ut conquirerent inter se dicentes. Quidnam est hoc? Que doctrina hec noua? quia in potestate et spiritibus inmundis imperat. et obediunt ei. Et processit rumor eius statim in omnem regionem galylee. Et protinus egredientes de sy

alexandrie eps fuit. cuius per singula opus
scire et euangelii in se dicta disponere et
disciplinam in se legis agnoscere et diui
nam in carne dni intelligere naturam. que
in nobis primum requiri oportet. De hinc cum
quibus uolumus agnosci. habentes merce
dem exortationis. Quoniam qui plantat et qui ri
gat unum sunt: qui autem incrementum
dat. deus est. **Incipit marcus euangelista.**



Initium euangelii ihu xpi filii dei
sicut scriptum est in ysaia propheta.
Ecce ego mitto angelum meum ante fa
ciem tuam: qui preparabit uiam
tuam ante te. Vox clamantis in
deserto. parate uiam dni. rectas
facite semitas eius. Fuit iohs in
deserto. baptizans et predicans bap

eum. Et ingrediuntur capharnaum
tim sabbatis ingressus in synagoga
bat eos. Et stupebant super doctrina ei
erat enim docens eos quasi potestatem habens
et non sicut scribe. Et erat in synagoga eorum h
in spiritu inmundo. et exclamauit dicens. Q
nobis et tibi ihu nazarene? Quid ueni
perdere nos? Scio quia sis sanctus dei. Et c
natus est ei ihc. dicens. Obmutesce et
homine. Et discerpens eum spiritus im
et exclamans uoce magna exiuit ab
mirati sunt omnes. ita ut conquirerent
se dicentes. Quid nam est hoc? Quae
na haec noua. quia in potestate et spiritibus
bus inmundis imperat et obediunt
processit rumor eius statim in omnem
nem galylee. Et protinus egredientes

qui creditis in nomine filii dei. Et haec est fiducia quam habemus ad deum: quia quodcumque petierimus secundum voluntatem eius audit nos. Et scimus quia audit nos quicquid petierimus. Scimus quoniam habemus petitiones quas postulamus ab eo. Qui scit fratrem suum peccare peccatum non ad mortem: petat, et dabitur ei vita peccanti non ad mortem. Est peccatum ad mortem: non pro illo dico ut roget quis. Omnis iniquitas peccatum est: et est peccatum ad mortem. Scimus quia omnis qui natus est ex deo non peccat. Sed generatio dei conservat eum, et malignus non tangit eum. Scimus quoniam ex deo sumus: et mundus totus in maligno positus est. Et scimus quoniam filius dei venit, et dedit nobis sensum ut cognoscamus verum deum, et simus in vero filio eius. Hic est verus deus et vita eterna. Filioli, custodite vos a simulacris.

Explicit epistola iohannis prima. Incipit secunda.



Senior electae dominae et natis eius, quos ego diligo in veritate, et non ego solus, sed et omnes qui cognoverunt veritatem, propter veritatem quae permanet in nobis, et nobiscum erit in eternum. Sit nobiscum gratia, misericordia, pax a deo patre, et a christo ihesu filio patris in veritate et caritate. Gavisus sum valde quoniam inveni de filiis tuis ambulantes in veritate, sicut mandatum accepimus a patre. Et nunc rogo te domina, non tamquam mandatum novum scribens tibi, sed quod habuimus ab initio, ut diligamus alterutrum. Et haec est caritas, ut ambulemus secundum mandata eius. Hoc enim est mandatum, ut quemadmodum audistis ab initio, in eo ambuletis: quoniam multi seductores exierunt in mundum, qui non confitentur ihesum christum venisse in carnem: hic est seductor et antichristus. Videte vos, ne perdatis quae operati estis, sed ut mercedem plenam accipiatis. Sciens quoniam omnis qui recedit et non permanet in doctrina christi, deum non habet. Qui permanet in doctrina, hic et patrem et filium habet. Si quis venit ad vos, et hanc doctrinam non affert, nolite recipere eum in domum, nec ave ei dixeritis. Qui enim dicit illi ave, communicat operibus eius malignis. Plura habens vobis scribere, nolui per cartam et atramentum. Spero enim me futurum apud vos, et os ad os loqui, ut gaudium vestrum sit plenum. Salutant te filii sororis tuae electae. Gratia tecum. Amen.

Explicit epistola iohannis secunda. Incipit tertia.



Senior gaio karissimo, quem ego diligo in veritate. Karissime, de omnibus orationem facio prospere te ingredi, et valere, sicut prospere agit anima tua. Gavisus sum valde venientibus fratribus, et testimonium perhibentibus veritati tuae, sicut tu in veritate ambulas. Maiorem horum non habeo gratiam, quam ut audiam filios meos in veritate ambulare. Karissime, fideliter facis quicquid operaris in fratres, et hoc in peregrinos, qui testimonium reddiderunt caritati tuae in conspectu ecclesiae: quos benefaciens deduces digne deo. Pro nomine enim eius profecti sunt, nichil accipientes a gentibus. Nos ergo debemus suscipere huiusmodi, ut cooperatores simus veritatis. Scripsissem forsitan ecclesiae: sed hic qui amat primatum gerere in eis diotrepes, non recipit nos. Propter hoc si venero, commoneam eius opera quae facit, verbis malignis garriens in nos: et quasi non ei ista sufficiant, neque ipse suscipit fratres: et eos qui suscipiunt prohibet, et de ecclesia eicit. Karissime, noli imitari malum, sed quod bonum est. Qui benefacit, ex deo est: qui malefacit, non videt deum. Demetrio testimonium redditur ab omnibus, et ab ipsa veritate, sed et nos testimonium perhibemus: et nosti quoniam testimonium nostrum verum est. Multa habui tibi scribere: sed nolui per atramentum et calamum scribere tibi. Spero autem protinus te videre, et os ad os loquemur. Pax tibi. Salutant te amici. Saluta amicos nominatim.

Explicit epistola iohannis tertia. Incipit argumentum in epistola iude.

Iudas qui et tadeus [illegible] corruptores fidei [illegible] nomine in [illegible] et commo[illegible] [illegible] cum [illegible] caritatis gratia [illegible] bant.

Explicit argumentum. Incipit epistola Iude.



Iudas ihesu christi servus, frater autem iacobi, his qui in deo patre dilectis, et christo ihesu conservatis et vocatis. Misericordia vobis et pax et caritas adimpleatur. Karissimi, omnem sollicitudinem faciens

storiam scribimus. Aliter enim audi
ta: aliter uisa narrantur. Quod me
lius intelligimus: melius et proferimus.
Audi igitur emule: obtrectator auscul
ta. Non dampno. non reprehendo sep
tuaginta: sed cunctis illis apostolos prefero.
Per istorum os michi xps sonat quos
ante prophetas inter spiritualia carisma
ta positos lego. in quibus ultimum pene
gradum interpretes tenent. Quid liuo
re torqueris? Quid imperitorum ani
mos contra me concitas? Sicubi tibi
in translatione uideor errare interro
ga hebreos. diuersarum urbium ma
gistros consule. Quod illi habent de
xpo: tui codices non habent. Aliud est
si contra se postea ab apostolis usurpa
ta testimonia probauerunt: et emen
datiora sunt exemplaria latina quam
greca. greca quam hebrea. Verum hec
contra inuidos. Nunc te precor desideri
carissime: ut quia me tantum opus su
bire fecisti et a genesi exordium capere.
orationibus iuues. quo possim eodem
spiritu quo scripti sunt libri in lati
num eos transferre sermonem.

Incipit liber Genesis.



N PRINCIPIO: CRE
auit ds celum et terram.
Terra aut erat inanis
et uacua. et tenebre erant
sup faciem abyssi. et sps
dei ferebatur sup aquas.
Dixitque ds. Fiat lux. Et
facta e lux. Et uidit ds
lucem q esset bona: et di
uisit lucem a tene
bris. Appellauitque lucem
diem: et tenebras noctem.
Factumque e uespere et mane
dies unus. Dixit quoque
ds. Fiat firmamentum in
medio aquarum: et di
uidat aquas ab aquis.
Et fecit deus firmamentum:
diuisitque aquas que erant
sub firmamento ab his
que erant sup firmamentum.
et factum e ita.
Vocauitque ds firmamen
tum celum. Et factum e
uespere et mane dies se
cundus. Dixit uero ds. Con
gregentur aque que sub
celo sunt in locum unum:
et appareat arida. Et factum
e ita. Et uocauit ds ari
dam terram: congregationesque
aquarum appellauit ma
ria. Et uidit ds q esset
bonum: et ait. Germinet
terra herbam uirentem et
facientem semen: et lignum
pomiferum faciens fruc
tum iuxta genus suum: cu
ius semen in semetipso
sit sup terram. Et factum e ita.
Et protulit terra herbam ui
rentem et afferentem se
men iuxta genus suum: li
gnumque faciens fruc
tum: et hns unumquodque
sementem scdm speciem suam.
Et uidit ds q esset bonum.
Factumque e uespere et mane dies
tercius. Dixit autem ds.
Fiant luminaria in fir
mamento celi: et diuidant